



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Decas IV. De subjectione Regularium ob curam animarum &
administrationem Sacramentorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

DECAS IV.

De subjectione Regularium ob curationem animarum et administrationem Sacramentorum.

CAPUT I.

Unde oriatur hæc subiectio.

135. Apostolorum amplissima potestas fuisse deducta.
 136. Episcopi non successerunt Apostolis in extraordinaria potestate.
 137. De quasi contractu Regularium & Episcoporum.

135. **Q**uanquam SS. Apostolis à CHRISTO in orbem universum dimissis, speciali que Divinæ gratiæ præsidio in sanctitate vitæ ac dogmatibus fidei confirmatis auctoritas ubique prædicandi, scribendi libros canonicos, fundandi & regendi in qualibet mundi parte Ecclesias &c: concessa fuerit, sic exigente primo ac brevissimo

E 4 re-

rerum illius temporis statu, ut, qui
 tumorbem, in errorum tenebris
 centem, ad veritatis lucem perduc
 dum susceperant; nec inter gentes in
 mitas ac Christianismi prorsus expul
 ullam penè habebant occasionem
 S. Petro, tanquam supremo in te
 Præsidente, ac Generali CHRISTIANI
 rio conferendi, obtinerent facultatem
 indiscriminatim fungendi Apostolice
 munere, ac omnia & singula ubi libere
 ciendi, citra erroris aut confusio
 dogmatum sacrorum, in quibus fuerat
 corroborati periculū, quæ introduc
 ni ac propagationi Orthodoxæ fidei
 dicarent opportuna.

136. Aliud tamen ordinatum fuit
 CHRISTO de subsecutis Episcopis
 Spiritu S. positis regere Ecclesiam
 a. Et o fidelium numero, inter quos
 schismata ac divulsiones subortas, in
 met Apostoli tum adhuc viventes
 uno summo Capite, divisionem Di
 cesum à CHRISTO constitutam p

ejusmodi casibus, in praxin ac usum rede-
gerunt, quin Episcopi singulis distri-
ctibus deputati, in generalissima illa &
extraordinaria potestate successerint A-
postolis per specialissimam DEI grati-
am de perpetua in rebus fidei unitate se-
curis.

137. Sed quoniam Regulares vel ob
excrecentem fidelium cœtum, vel ob
intepescentem Ecclesiasticorum fervo-
rem, vel per importunam fimbriarum
suarum dilatationem, in partem admini-
strandæ salutis animarum admitti conti-
git, hoc non ita cœcè nec indifferenter
omnino factum fuit, quin Episcopo lo-
ci, tanquam supremo Vineæ sibi com-
missæ Præfecto, per quendam implici-
tum quasi contractum, suscipiendo in
Ejusdem vinea munus operariorum, se
obligaverint ad parendum eidem in o-
mnibus functiones ejusmodi respicien-
tibus, adeò quidem ut à cultura Domi-
no eatenus dirigi debeant, ad confusio-
nes quaslibet evitandas.

E 5

CAPUT

CAPUT II.

De Regularium exemptorum
approbatione activa.

138. *Potestas ordinis, & Potestas juris-*
nis.

139. *Decretum Concilii Tridentini de ap-*
batione Episcopali; & alia Urbani

140. *In quo consistat approbatio.*

141. *Ius speciale Parochorum: & qui-*
horum nomine comprehendantur.

138. **Q**Uamvis potestas remitti
retinendique peccata, Sa-
dotibus per ordinationem tribui so-
læ idcirco *potestas ordinis* dicitur,
in quibuslibet Sacerdotibus rite or-
natis æqualiter se, ex institutione Ch-
risti Ioan. 20. v. 23. ad remittenda quæ
fidelium peccata extendit: perfectio
tamen ac determinatione ejus, per
approbationem ac collationem *potestatis*
jurisdictionis, insuper opus est, ut
eum exeat. Quod Christus etiam
servavit in SS. Apostolis, quibus, ubi

potestatem ordinis in cœnaculo datam
per insufflationem *S. C. Trid. ses. 14. c. 1.*
jurisdictionem inluper contulit, in-
quiens: *sicut misit me Pater, & ego mit-*
to vos. Ioan. 20. v. 21. cum prænotato ta-
men discrimine, quòd allegatis de cau-
sis missio & jurisdictio SS. Apostolo-
rum generalissima fuerit; in reliquis ve-
rò Sacerdotibus ac Episcopis, ad con-
servandam ordinis Ecclesiastici symme-
triam, certis districtuum limitibus co-
arctetur, præterquàm in mortis articu-
lo, ubi, favore salutis animarum, nec
locus, nec tempus, nec censura, nec re-
servatio impedit, quò minùs deceden-
tibus aliàs bene dispositis à quolibet Sa-
cerdote Sacramentalis absolutionis be-
neficium impendatur. *S. C. Trid. ses. 24.*
R. for. c. 7.

139. De approbatione sic statuit *S. C.*
Tridentinum. ses. 23. refor. c. 15. nullum
etiam Regularem posse confessiones sæcu-
larium, etiam Sacerdotum, audire; nec
ad id idoneum reputari, nisi aut paro-
chia-

chiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, teneat: privilegiis, & consuetudinibus, cunctisque, etiam immemorabili, nstantibus. Adeò ut ab illo tempore nullatenus potuerint, extra mortis riculum, confessiones Sacramentorum prædictorum excipere, nisi approbatione Episcopi Localis obtentâ: præ societatem JESU, cujus Confessiones itinerantibus, semel ab Episcopo ordinariis admissis, & à Prælato suo ad id deputatis, ex concessione Gregorii XIII. licuisse aliquamdiu dicitur, curatis repugnantibus, administrare Sacramentum Pœnitentiæ iis etiam in locis, quos Episcopi approbantis jurisdictio non extendere; & hoc usque ad tempora Urbani VIII. qui Constitutio suâ *Cum sicut accepimus*. exorbitantibus ejusmodi privilegiis hinc inde statim imposuit fibulam, expressè

cernens, omnia & singula hujus naturæ
indulta, quibusvis, quandoquæq; & qua
litercunque concessa, viribus ac effectu
vacua esse & fore, nec quenquam in po-
sterum uti posse tam amplis indultis.

140. Arbitrantur nonnulli, Appro-
bationem esse judicium, quo Episcopus
externè declarat, sacerdotem esse ido-
neum hujus Sacramenti ministrum: at
S. C. Tridentinum *l. cit.* actum judicii,
per verba; *idoneus judicetur, & appro-*
bationem &c. ab approbatione luculèter
distinguit: ut hæc proinde referenda sit
potius ad actum voluntatis regulatæ à
judicio rectæ rationis, quo actu Episco-
pus Regularibus per examen vel aliàs re-
pertis idoneis Pœnitentes suæ jurisdi-
ctioni commissos vel per electionem
voluntariam subditos subjicit atque li-
centiam eosdem sacramentaliter absol-
vendi concedit.

141. Quod autem de parochiali be-
neficio dicitur, sic intelligendum est,
quòd, cum Parochi per severius examen
ad

ad regimen animarum admissi
 quamdiu Parochiale beneficium
 obtinent, titulo curæ pastoralis
 reputentur, qui in quacunque al-
 rochia, etiam extra Diocesim (ni-
 ticularia statuta Diocesana alicubi
 cùs disponant) annuente Parochia
 excipere confessiones & sacramen-
 ter absolvere possint. Ubi tamen
 verte, sub nomine Parochorum hi-
 nimè comprehendi superiores Regu-
 rium, qui non minus ac reliqui Re-
 lares obnoxii sunt examini & appo-
 tio ni Episcopali.

CAPUT III.

Unde proveniat jurisdictio
 gularium, ad finem ministrandi
 Pœnitentiæ Sacramentum?

142. Jurisdictio ordinaria & delegata.
 143. Jurisdictio distinguitur ab approbatione.
 144. Regulares exempti habent jurisdictio-
 quoad seculares & Ecclesiasticos ab Episcopis.

145. *Quā auctoritate hodie forenses absolvan-
turi*

146. *De peccatorum venialium remissione. V-
bi sub finem datur aliquid Theologis Regu-
laribus exemptis.*

142. **A**d valorem absolutionis, præ-
ter approbationem Episco-
palem, requiritur etiam in Confessario
tanquam Iudice jurisdictio S. C. Trid.
Ses. 14. ref. 6. 7. seu ordinaria, seu dele-
gata: Ordinaria competit Pastoribus
Ordinariis titulo beneficii, vel Præla-
turæ Religiosæ, cujusmodi Pastores
sunt S. Pontifex respectu omnium fide-
lium; Episcopi respectu suorum Dice-
cesanorum; curati & superiores Regu-
lares respectu suorum subditorum. De-
legata obtinetur ex commissione illius,
qui ordinariam habet jurisdictionem.

143. Tametsi verò potestas jurisdi-
ctionis sine approbatione subsistere ne-
queat: distinguitur tamen ab hac, tan-
quam à prævia dispositione, juxta cujus
modum mox ipsa consequitur. Dubi-
tari

vari tantum hinc solet, à quo Regulario
 exempti Jurisdictionem respectu Eccl[esi]a, q[ue]
 fialticorum & saecularium in D[omi]ni dicti
 commorantium obtineant: putant pecc[ata]
 nonnulli, eam non dari ab Episcopo d[omi]ni, q[ue]
 probante; sed positâ approbatione exem
 piscopi Localis, statim intelligi con[tra] revo
 sam à S. Pontifice *Clem. dudum.*
pultur. Maximè cum Regulares la[ic]i validè
 approbati sacramentaliter absolvi cùm
 possint non tantum Episcopi subd[omi]ni audi
 sed etiam forenses ad se accedent solva
 quod infallibile signum esse existit qui
 jurisdictionis à potestate sublim[iori] orat
 concessæ. Con

144. Sed quàm graviter hi Doct[ores]
 hallucinentur, patet I. ex eo, quod
 mentina *Dudum* quoad hanc par
 abrogata fuerit, ad plurimas fraudes
 dissensiones Episcoporum & Regul[ar]i
 um evitandas. Deinde, licet Ep[iscop]i
 pis per Ep[iscop]i hej[m], major em facultat
 tribuere uni Confessario, etiam Reg
 lari, quàm alteri. Tertiò ipsa referat

Regio casuum ab Episcopis fieri solita, quæ est subtractio seu negatio jurisdictionis in ordine ad certa quædam peccata, ut infra videbitur, satis ostendit, jurisdictionem etiam Regularibus exemptis ab eo concedi, qui eandem revocat, limitat, subtrahit, restringit.

145. Nec obstat, quod de licita & valida absolutione forensium dicitur: cum etiam à Sacerdote Ecclesiastico audiantur hodie **Advenæ** valideque absolvantur, ex electione peregrinantium, qui de licentia saltem interpretativa superiorum Episcoporum habent electionem Confessarii aliàs approbati, in quem, licet Episcopo confitentis non subiectum, positâ peregrinantis electione, Sacramentalis jurisdictio prorogatur, **D I X I**: *aliàs approbati*: cum ne quidem S. Pontifex electionem Confessarii concedere soleat sine Clausula: *ex approbatis ab Ordinariis locorum*; & simplex electio non tribuat approbationem præquirentem
ex

ex S. C. Trid. iudicium Episcopis prob
pacitate Sacerdotis pro excipit
Confessionibus exponendi. fidero

146. Et hoc aded verum est, ne
am pro remissione sacramentali mibi
lium, quæ est actus judicialis, appon
tio Episcopalis & jurisdictio requiritur
Quamquam enim venialia pluribus
dis etiam extra Sacramentum tolli
sint, ita ut S. Augustinus in *Enchiridion*
71. & *Ser. 41. de SS. orationi Domini*
cæ, frequentibus jeuniis, largi
elemosynis, & remissioni injuriarum
redemptionem seu liberationem
dem adscribat: si tamen sub jiciantur
bunali Pœnitentiæ, natura Judiciali
nimè patitur, ut homo jurisdictionis
potestate judicandi destitutus Pœnitentiam
in forma judiciali absolvat. Sed
tamen, ut Religiosi plerumque loquuntur
& ego nuper in Sabbatho sancto ex
tus fui, acriter contendat, jurisdictionem
nem Regularibus exemptis conferri
S, sede Apostolica juxta mensuram

probationis Episcopalis, sentiat, per me
 licet, ut lubet: dummodo probè con-
 sideret, nihil in effectu per jurisdictionē
 eo modo collatam decedere Episcopis;
 nihil accedere Religiosis exemptis, cum
 in omnibus hīc pro regula sit voluntas E-
 piscopi approbantis.

CAPUT IV.

An sufficiat sola presentatio
Confessariorum.

147. *Historia variationis privilegiorum usq;
 ad statum presentem, in quo non sufficit sola
 presentatio.*
 148. *Quod requiritur per modum forma, non
 potest per equipollens adimpleri.*

147. **V**aria Religiosis olim concessa
 fuerē privilegia in ordine ad
 audiendas sæcularium confessiones:
 quorum primum circa A.C. 1260. vide-
 tur indultum fuisse ab Alexandro IV.
 Confirmatumque ab Urbano IV. &
 Clemente itidem IV. Alterum obtinē-
 re

re Mendicantes à Bonifacio VIII, quibus
trav. super Cathedram. 2. de sep. auth
 post interpositam à Prælatibus huiusmodi
 Religiosorum habiliū præsentationem, Episcopis renuentibus, ipsi
 Regulares ex tunc, obtenta jurisdictione à S. sede Apostolica, sibi confu-
 bus impendere possint beneficium
 solutionis. Verum quia hoc inde
 plurium querelarum occasio fuit :
 pliauit illud ipsum Benedictus XI.
trav. Inter cunctas 1. De privil. sed
 necessitate se præsentandi Episcopis
 quam tamen reduxit celebris *Clementis*
Dadum. 2. de sep. in Viennensi
 cilio edita, sed non sine crebris Episcoporum,
 ac Regularium ad omnino
 libertatem inhiantium, imò & Pa-
 ensis scholæ cum Carmelitarum
 dissidiis, non antè sopitis, quam
 Carmelitarum quidem privilegium
 Urbano Papa ad assensum forma-
 Præsulis Diocæsani, teste Oldrado
fil. 230. restrictum : universim autem

VIII. quibuslibet Regularibus Episcoporum
 de sep. auctoritas & licentia per S. Concilium
 s. hum. Trid. ad valdam secularium & Eccle-
 ræsem. siasticorum absolutionem sacramenta-
 s, i. lem, desiderata fuit.

148. Nihil faciente in contrarium
 Regulâ: *licentiam debito modo petitam*
haberi pro impetrata, si ex pravo fine de-
negata fuerit. c. Licet. 18. X. de Regul.
 & Constit. *Inscrutabili*; utpote quæ so-
 lûm procedit, quando conditio pendet
 à voluntate implere volentis c. *cum non*
stat. 66. de R. I. in 6. neque requiritur
 de substantia actûs: ut tamen fit in casu
 nostro, dum conditio approbationis u-
 nicè pendet à voluntate Episcopi, ejus-
 quæ adimpletiotam necessaria est, ut per
 modum formæ prærequiratur *cit. ses.*
 23. c. 15. quæ per æquipollens suppleri
 non potest arg. L. *Quæ per salutem* 33.
 ff. *de iurejur.* iunctâ B. Pii V. Consti-
 tutione, quæ incipit: *Romani Ponti-*
ficus.

CAPUT

CAPUT V.

An finè causa revocari
approbatio vel licentia Regularis
que licentia admissi?

149. Approbatio finè examine concessa
revocari prohibitu potest.

150. Prævio examine approbatus
potest ab eodem Episcopo ad novum
examen.

149. **N**atura precarii seu bene-
fici est, ut concedenti relin-
quatur libertas ad oppositum, cuius
cum nec rectæ rationi, nec alterius
adversus sit, merito in una *Verocelle*
July 1615. & in altera *Papiensi 12. 151.*
17 1619. resolutum fuit, approbationem
finè examine concessam, tanquam
merè gratiosam, ab approbante revo-
cari prohibitu posse, stante in hoc
voluntate pro ratione: quod bene-
ficia serva.

150. Secus est de confessoribus ab

Episcopo post examen approbatus, ut
constat ex duabus B. Pii V. Constituti-
onibus Annis 1567. & 1571. editis, ad
quarum tenorem id ipsum S. Congre-
gatio Concilii declaravit: adeò ut ho-
die Regularis prævio examine ab Epi-
scopo simpliciter, id est, sine ulla tem-
poris, loci, aut personarum limitatione
semel admissus, ab eodem ad novum e-
xamen trahi prohibeatur.

CAPUT VI.

**An novus Episcopus vocare
possit omnes Regulares ad novum
examen?**

151. Respondetur affirmativè.

151. **A**ffirmativam nobis persuadet
prælaudata Constitutio B. Pii
V. 6. Aug. 1571. edita, in verbis: *Ab E-
piscopo autem successore, pro maiore con-
scientia sua quiete examinari denovo po-
terunt. Quæ cave ad Confessarios non-
dum in ea Diocesi examinatos restrin-*
xeris.

xeris, cū clara nimis sint, insuper
pro Generali motivo conscientie
sedis Episcopalis ut sic, sed persona
viter sessuræ tranquillitatem affe
quæ indifferenter respectu om
Confessariorum urgere potest
Episcopum, ut per examen exp
qualibus operariis vineam suam
te committat.

CAPUT VII.

An approbatio prævio exami
semel concessa Regularibus, ab
po finè causa revocari licite
sit?

152. *Idem, quod n. 150.*

153. *Religiosi tamen se submittere debent*

154. *Episcopus non tenetur Religiosos
causam revocationis vel suspensionis*

155. *Regulares compelli possunt ab Episcopo
ad functiones sua vitæ mixtæ congru
undas.*

152. **A**pprobatio seu licentia
endi confessiones, præ

infu-
 crenu
 persona
 m affe
 u om
 test no
 en exp
 uame
 xamine semel concessa Regularibus, ab
 eodem Episcopo sine causa revocari
 non debet. Quamvis enim ex natura
 operariorum, in libero Episcopi arbi-
 trio manere videatur, ut simplicibus
 confessoribus seu Ecclesiasticis, seu Reli-
 giosis, velut operariis non habentibus
 aliquem titulum, hanc facultatem neget,
 revocet, vel restringat: discretè tamen
 potestate suâ circa denegationem, su-
 spensionem, revocationem &c. maxi-
 mè erga totum aliquem conventum uti
 debet, ne animosa videatur, nisi particu-
 lares facti circumstantiæ aliud exigant
 E. G. ob violationem interdicti ab or-
 dinario positi, vel ob renisum in iis, quæ
 Episcopo sive ut ordinario, sive ut De-
 legato circa hanc materiam competunt,
 vel ob aliam justam causam omnes tan-
 gentem.

153. Imò nec particularem confes-
 sarium Regularem semel à se approba-
 tum sine causa confessiones concurren-
 te, aut nisi violaverit interdictum, de
 F quo

quo suprà, suspendere debet, ut me
decrevit S. Congregatio 21. Novemb.
1615. quod si tamen Episcopus fac
Religiosi non poterunt, sub præ
animositatis, ingerere se administr
ni huius Sacramenti, donec, recur
S. Sedem Apostolicam habito, in
provideatur: memores exempli
chelis Archangeli, qui ne quidem
bolo, suo quondam superiori, *Juda*
cah. v. 9. secum altercanti de Moyse
pore ausus est iudicium inferre blas
miæ; sed dixit: *Imperet tibi Dom*

154. Neque refert, quòd Episc
revocatione approbationis sine
interdictum sit: quamvis enim
beatur, nullibi tamen annullatur
modi revocati; & *sententia Pape*
sive iusta, sive iniusta fuerit, est im
da. c. sententi. l. XI. q. 3. quam
causam prudentissimè cautum fuit,
piscopus non nisi S. Sedi Apostol
causam suspensionis vel revocationis
eam scire voluerit, aperire teneatur.

155. Quemadmodum autem Episcopus suspendere non potest omnes Confessarios Regulares unius, vel omnium monasteriorum, ubi personale & qualificatum demeritum non accedat; ita vicissim in arbitrio Regularium esse non debet, ut ob superbiam, quæ sub pallio privilegiorum foveri quandoque solet, hoc munus recusent; sed ab Episcopo loci compelli possunt ad functiones instituto suo vitæ mixtæ congruas obeundas.

CAPUT VIII.

Quibus de causis Episcopus suspendere possit Confessarios Regulares à se approbatos; vel revocare licentiam iis concessam?

156. *Revocatio licentia, & suspensio Confessariorum ob causas ad Confessionem attinentes.*

157. *Alia causa revocandi, vel suspendendi.*

158. *Quæ causa non sufficiant.*

159. *De conferentiis.*

156. **R** Esp. I. ob causas ad confes-
 nem attinentes sibi cog-
 per informationes extrajudiciales,
 eas alteri, quàm sanctæ sedi Apostoli-
 si postulet, manifestare teneatur, in
 banus VIII. & Clemens X. declaravit.
 Inter ejusmodi verò causas referuntur
 sunt. 1. vita scandalosa, utpote
 fessarium maximè dedecens. 2. im-
 missa frequentatio conferentiarum
 cubi vigeant. 3. absolutio à re-
 sinè præhabita speciali facultate,
 velatio peccatorum sibi in confes-
 sione. 4. Sollicitatio in
 fione. 5. culpabiliter neglecta
 Parochi de audita confessione in-
 7. si detrectent, ad præceptum Epi-
 pi, in Confessionalibus affigere
 coenæ, & Tabellam casuum referen-
 rum. 8. si mulierum confessiones
 tra sedem solitam in loco auscultato-
 crate vel laminâ modicè perfora-
 nitam, excipere præsumant. 9. si
 tradicente Parocho audiant confes-
 siones
 cent
 de
 bra
 19
 Epi
 rebu
 ven
 bell
 ver
 r
 max
 pro
 diat
 cen
 gio
 vel
 aut
 sion
 sper
 audi
 ceda
 pi q
 etia

nes in aliena Ecclesia : maximè si in li-
centia Episcopali expressa sit clausula
de consensu Parochi, vel Parochi non con-
tradicente.

157. II. Si non servant interdictum ab
Episcopo positum, ut S. Congregatio
rebus Episcoporum præposita 20. No-
vembris 1615. declaravit, III. Ob re-
bellionem, vel denegatam Episcopo re-
verentiam in univèrsum.

158. Aliæ, præter causas hîc allatas,
maximè si à Sacramento poenitentiae
prorsus extraneæ sint, nec illud imme-
diatè tangant, haud sufficiunt ad indu-
cendum Episcopum, ut adversùs Reli-
giosos E. G. prædicantes sinè licentia
vel respectivè benedictione Episcopi
aut comparere detrectantes in proces-
sionibus publicis &c: ad prædictam su-
spensionem, vel revocationem licentiae
audiendi confessiones non suorum pro-
cedatur. Quia in re, ne forsan Episco-
pi quæq; prohibitu adversùs Regulares
etiam infantes susciperent, & facultate

F 3

sibi

sibi traditâ hac in parte abuterentur
Congregatio rebus Episcoporum
Regularium præposita die 30. Aug.
A. C. 1630. Episcoporum conscientiam
causam revocationis ac suspensionis
liquit.

159. Quod dixi de intermissione
quentatione Conferentiarum, in
vigent, opportunè me monet, ut de
rum methodo ac fructu nonnihil
differam: Solent autem Episcopi
Diececes suas introducere Congre-
gationes Conferentiarum, in quibus
ram Episcopo vel aliis ad id de-
convenientibus Parochis, Confessis
illisque Clericis, qui instruendi sunt
vacaturis Parochiis; vel pro excipien-
quandoque confessionibus, in sub-
um aut defectum aliorum, destina-
discurritur de materiis fidei, & casibus
ab eo, ad quem in ordine spectat,
quot diebus antè propositis, ut singuli
præparati accedant, etiam Regularium
aliique exempti curam animarum ex-

centes, aut cupientes administrare Sacramentum Pœnitentiæ Clero ac populo potestati Episcopali subiecto, licet in propria Domo Regulari lectiones aut ejusmodi conferentias habeant: ut scilicet melius instruantur, ipseque Episcopus, vel alter Ejus nomine præsidens, certificetur, quas opiniones teneant, & qualem praxin in directione spirituali omnium Episcopo commissarum observent.

CAPUT IX.

An Episcopus limitare possit licentiam audiendi Confessiones quoad loca, personas, ac tempus?

160. Idonei generaliter & illimitatè sunt approbandi.

161. Post temporis lapsum, aut revocationem licentiæ, nec licitè, nec validè absolvunt.

162. Differentia inter limitationem ad locum, & restrictionem ad personas ac tempus.

160. **S**I Regulares ab ordinariis locis idonei reperti & probati fuerint, dandum non est, quin generaliter & distinctè, absque ulla limitatione temporis, certorumve locorum, aut personarum, in propria Diocesi admittendi: De cæteris verò, quoad idè idonei reperientur, ordinariis arbitrio relictum est, tales cum limitata facultate probare & admittere, quod iisdem ordinariis magis expedire videbitur.

161. At quid si Episcopi, ut passim in Italia nunc fieri solet, omnes Regulares limitatè solum quoad tempus admittendi certè tunc lapso tempore revocaverunt Regulares ab Episcopis ad idem examen; imò etiam licet tempus præfixum nondum omnino finitum sit, ita ut post temporis lapsum, aut licet revocationem, ejusmodi Regulares non possint approbatione ac jurisdictione ordinariis admitti, nec licitè, nec validè munus

prosequantur: nisi facto recurſu ad S. ſedem (cui uni cauſam adhibita limitationis explanare tenentur) Epifcopi Religioſos illimitatam approbationem merentes generaliter ac indiftinctè admittere jubeantur.

162. Cæterum notabilis eſt differentia limitationis ad locum, & reſtrictionis ad tempus ac perſonas: prima namque E. G. facta hoc modo: *Facultatem tibi facimus adminiſtrandi utriusq; ſexus fidelibus Sacramentum pœnitentia in Eccleſiis tui ordinis, atque etiam graviter agrotantibus. vel in ſuper: & in aliis quoque Eccleſiis de ipſorum Rectorum conſenſu &c.* maximè cum reſpiciat exercitium jurisdiſtictionis voluntariæ, non eſt ablativa facultatis validè abſolvendi, ſed illicitam reddit adminiſtrationem, modumque ſolummodo præſcribit ac ordinem abſolvendi, ne parochorum & aliorum jurisdiſtictio perturbetur: altera reſtringit approbationem ipſam, propter inſufficientiam Confefſarii ple-

rumque, ut se magis habiliter, & quālibet forsitan crebrò accidere possint, citra grave periculum animarum adsciscat. Unde si cui solū daretur approbatio pro Ecclesijs ruralibus, ea magis videretur limitatio personarum, quā loci, non tam facta ad evitandas discrasias, quā ob defectum majoris scientiæ, quæ in confessario urbis requiritur.

CAPUT X.

De cura infirmorum tempore Pestis.

163. *Parochi cum periculo vita succumbentur ovis sibi commissis; & tempore Pestis saltem per idoneum substitutum.*
 164. *Quid ordinatum à S. sede de Episcopis tempore Pestis?*
 165. *Instructio Parochi pro pestiferis exponendi?*
 166. *Quid de Regularibus exemptis dicendum sit?*
 167. *Qua providentia nuper adhibita Berga & Meriboli cum Religiosis exemptis?*

163. **P**arochus per se tenetur ex iustitia, tempore pestis, etiam cum vitæ periculo, suorum parochianorum confessiones excipere; sicque jurant apud nos expressè tum Parochi, tum horum cooperatores, quoties iis administratio curæ animarum certi cuiusdam loci committitur. Cùm autem plurimè exterorum inter sit, ne morte Parochi per unius infecti provisionem acceleratâ, tota deinde communitas, per notabile saltem tempus, spirituali medico destituatur: agitatâ Romæ graviter hac quaestione coram S. Congregatione Concilii, Sanctitas sua, factâ sibi relatione in Consistorio, die 10. Decembris 1576. decrevit, Parochos omnino teneri tempore pestis residere in suis Parochiis, posse tamen per alium idoneum Parochianis suis contrariosâ lue infectis ministrare Baptismi & Pœnitentiæ Sacramenta, idque ad commodum Parochianorum bene valentium, ne cum propriæ salutis periculo, Parochi sui

ad infectos euntis consortium re-
mident.

164. Quod Decretum de Parochia
factum idem S. Pontifex 18. Decem-
bris 1576. affirmavit, procedere multo
magis in Episcopis, utpote plus obliga-
tis in tutioribus locis permanentes,
toti Diœcesi opportunè prospiciant.

165. His ita præmissis: clarum
est si Parochus alium quendam idoneum
sive iusta, sive injusta de causa habet
non possit, teneri eundem, receptam
vocatione suâ, non minùs ac militem, pro
communitatis ac singulorum salute
ire vitæ discrimen, cum ea tamen
crectione; ne, propter unum non ge-
neriter indigentem, se facile in periculum
immaturæ mortis conjiciat, reliquos
rituali subsidio destitutos: quod de-
dendus est S. Augustinus pluribus
locis, quo nemo vel subtilius, vel copio-
sius, vel elegantius, teste Maldonado
hanc quæstionem resolvit. Unde
expedit, ut Parochus, vel ejus Vicarius

in ejusmodi rerum statu, sacramenta secundum se, vel respectu talium personarum non admodum necessaria ministrat. At si spiritualis necessitas urgeat, tanquam bonus Pastor *Ioan. 10. v. 11*, adhibitis pro se conservando, quibus potest, remediis, minimo, quoad fieri valebit, periculo ovem hanc lue infectam accedet, declinato infirmi halitu; ore, naribus, præcordiis, auribus, ac totâ facie, fortî aceto succis foliorum rutæ atque baccarum juniperi, floribus sambuci, nec non myrrhâ & croco &c. permixto ablutis; gestato in manu globulo ita perforato, ut ex spongiola intus recondita, atque eodem aceto imbuta, alexipharmaca in nares expirent; adhibitoque hebdomadatim, si poterit, semel medicamine sudorifico anti-pestilentiali; digitis etiam quandoque oleo scorpionum inunctis, & prædicto aceto abstersis; masticatisque frequenter corticibus citriorum, Angelicâ, baccis juniperi, foliis rutæ &c. & assumpto manē

manè electuario prophylactico ;
 fumatâ sapius domo sulphure vivo
 ce, Radice Angelicæ, Rasurâ succo
 granis & ligno juniperi. Herbâ mille
 lili, Camphorâ &c. hominibusque
 per vires poterunt, extra reliquorum
 fectorum consortium ad apertum
 rem evocatis. Ubi insuper nota,
 cionatoribus, & Politico Magist
 tunc temporis incumbere, ut frequ
 ter ac seriò homines moneant, ne
 lue afflati se publicis conventibus
 gerant, aut malo reticito Parochum
 latis providum in vitæ discrimen
 adducant: qui verò nondum cor
 correpti sunt, sibi tempestivè conf
 per confessionem sacramental
 templo faciendam. Quod si verò
 undum sit tectum, omni terrore
 plurimum in hac lue periculi creat
 posito, cum præcautionibus supra
 audiendus est pœnitens, quoad ca
 rem, quæ conscientiam gravius
 munt; aut si vel alii ita vicini sint,

co; sublit publicationis periculum; vel æ-
ger præ imbecillitate aut doloris vehe-
mentia nequeat, habitâ quâ liquali do-
loris notitiâ absolvendus est; cumque
Confessarius domum redierit, aliâ veste
assumptâ, priorem fortislixivio clui, &
perfumarifaciat, antequam eandem re-
sumat.

166. Queritur nunc, *ad rem no-*
stram, quid de Regularibus exemptis
dicendum sit? R. Distinguendo inter
Religiosos à publica animarum cura ex
instituto suo prorsus abstractos, quales
sunt Benedictini, Carthusiani, Camal-
dulenses, & quibusdam in locis Capuc-
cini &c. ac inter eos, qui vitam activam
ex prima vocatione sua contemplativæ
adjungunt: *illi* non prius tenentur,
quàm si nullus alius vitam mixtam pro-
fitens suppetat, minimè tunc eos exi-
mente solitario statu suo ab implemen-
to Legis naturæ: quibus non sunt quo-
ad hoc liberiores Canonici etiam Ca-
thedralium Ecclesiarum: *Hi* statim ab
initio

inītiō monita & iussus Episcoporum
calium spontaneâ servitiorum exhibi
one prævenire tenentur: cū e
injūriam sibi fieri putent, si quando
Episcopo universim administrat
sacramenti Pœnitentiæ in Diocesi
qua interdicanur, ideoque ad S.
recurrant: æquū & justū est,
Episcopo vicissim singuli comm
adigi possint, ad personas aliquot
tuali huic obsequio deputandas.

167. In Diœcesibus Bamberg
Herbipolensi hoc periculoso tem
quo sæva contagio per ditiones
acas multa personarum millia jam
selquiennio consumpsit, Celsissim
Reverendissimus Princeps ac Dom
D. Petrus Philippus Episcopus Bam
gensis & Herbipolensis S. R. Im
Princeps, Orientalis Franciæ Dux
mentissimus Dominus noster vo
ad utrumque Consilium suum Eccl
sticum localibus Religionum Super
zibus imminem, nisi DEUS spe

ter avertat, necessitatem exponi, atque
ab iisdem rogari fecit, an & quot perso-
nas eum in casum publicæ animarum
saluti consecrare parati sint: à quorum
singulis cum laudabiliter promissæ fue-
rint indefitura suppetiæ, Celsitudo sua
huic tam generosæ oblationi clemen-
tissimè acquievit, inunctâ Paternè of-
ficio Sanitatis hâc cura, ut strenuis hisce
Athletis in talem eventum (quem
Divina Bonitas benignissimè arcere à
nobis velit!) de necessariis vivendi me-
diis, atque salutis remediis abunde pro-
spiciatur.



DECAS V.

De casibus reservatis.

CAPUT I.

**An Episcopus reservare sibi pos-
sit aliquos casus?**

168. Episcopis competit potestas reservandi.

169. Actus reservationis primario afficit
confessarium in bonum Pœnitentis.